EXEMPLA
S. SCRIPTURÆ

Exempla sacre scripture.

Brocart

Catalogus librorum ... patri ... adscriptus

Incipiũt exempla sacre scripture ex vtroq3 testamēto secundũ ordinē litterarum collecta. et primo de Abstinentia.

Precepit dñs ade dicens: ex oi ligno paradisi comedes. Genesis. ii.

In quo etiã abstinentia cõmendatur: cũ dñs noluit hoiem vti omni cibo: etiam in paradiso.

Moises fuit cũ dño in monte. xl. diebus et. xl. noctibus/ q neq3 manducauit neq3 bibit. Exodi. xxiiii.

Ex quo patet q abstinentia est bona dispositio ad capiēdas reuelatiões diuinas: et q hõ refectus diuina reuelatiõe/ solet cõsolationes corporales abhorrere.

Filijs israhel pcepit dñs a multis cibis abstinē Leuitici. xi.

Uir siue mulier cũ votũ fecerint dño/ vt sãctificētur et se voluerint dño consecrare: abstineãt a vino/ et ab oi qđ inebriare potest. Numeri. vi.

Uxori manne filiũ liberatorē populi pcepture angelus appens. abstinētiã indixit. Judicũ. xiii.

Philistei tempore hely debellauerunt filios israhel vna vice: et altera vice archa domini fuit capta. postea tertia vice congregati sũt philistei sub samuele. Sed filij israhel ieiunauerunt die illa atq3 dixerũt: tibi peccauimus dñe. et sequitur q cesi sũt philistei a filijs isrl. i. Regũ. iiii. et vii.

Filij israhel de. xi. tribubus debellati sunt a filijs beniamin: postea ieiunauerunt et fleuerũt die illa corã domino: et sic in illos preualuerunt

Iudicum.xx.

Populus israhel erat in castris esuriens: et nullus cōedit de melle/ nisi ionathas filius saul .i. Regum.xiiii.

Tenuis cibus sufficiebat helye: qui petiit a vidua sarrepte pauxillum aque et bucellam panis .iii. Regum.xvii.

Et nota ibi pauerunt eum corui bis in die. angelus etiam domini attulit helye panē triticeū/ et vas aque.iii. Regum.xix.

Achab etiā audiens cōminationem sibi factā a domino post mortem naboth/ per helyā: operuit cilicio carnem suam et ieiunauit/ et dormiuit in sacco: et ambulauit demisso capite. propter quod deus sententiam et penam sibi cōminatam: temperauit.iii. Regum.xxi.

Congregati sūt filij israhel/ et filij amon/ et cū eis filij ydumei: vt pugnarent contra iosaphat regem iudeorum. quod ille audiēs: pdicauit ieiuniū in vniuersa iudea/ et sequitur quod ipse victoriam obtinuit.ii. Para.xx.

Et deus ordinauit quod omnes qui petituri erāt a domino: vt viam rectam et prosperam daret eis: quod ieiunarent et orarent. Unde sequitur. ieiunamus et oramus deum nostrum: et per hoc euenit nobis prospere.i. Esdre.viii.

Rogaturus neemias artharxersem regem pro ciuitate sua vt reparētur muri eius: dicit de seipso ieiunabā et orabā ante faciem dei celi. Neemie.i.

Cōuenerant filij in ieiunijs et saccis/ et confitebātur peccata sua. Neemie.ix.

Thobias cũ audisſz vnũ de filijs iſrahel iugulatũ reliquit prandiũ bonum: ꝛ venit ad corpus ſepeliendũ ieiunus. Tho. ii.

Angelus ei dixit thobie iuniori: bona eſt orõ cum ieiunijs et elemoſinis. Thobie. xii.

Audientes filij iſrahel terribilem potentiam holofernis humiliauerunt aĩas ſuas ieiunijs et orationibus. Judith. iiii.

Et iudith que noluit veſci de cibis holofernis ipſũ occidit ꝛ populum ſuum liberauit. Judith. xii. et. xiii.

Heſter locutura regi / dixit mardocheo: cõgrega omnes iudeos quos reperis in ſuſis et orate ꝓ me: non cõmedatis neqꝫ bibatis in tribus diebus et tribus noctibus: ꝛ ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabimus. Heſter. iiii.

Daniel et ſocij eius ꝓpoſuerũt in corde ſuo ne polluerentur de menſa regis: et ſeqtur ꝙ pueris illis deus dedit ſcientiã in oĩ v̄bo. Danielis. i.

Item daniel dicit de ſeipſo: poſui faciẽ meam ad dñm deũ meũ rogare ꝛ depcari ĩ ieiunio ſacco et cinere: et tũc ꝑcepit reuelationẽ ſpecialẽ de incarnatione et paſſione xp̄i. Danielis. ix.

Item daniel iteꝝ dicit de ſeipſo: ego daniel lugebã triũ ebdomadaꝝ dieb⁹: panẽ deſiderabilẽ non comedi. Danielis. x.

Eleazar vir etate prouectus maluit occidi: ꝙ carnes comedere porcinas. ii. Macha. vi.

Contigit ſeptẽ fratres cũ matre a rege cõpelli ꝯtra legẽ carnes porcinas comedere: illi aũt magis mortẽ crudeliſſimã elegeꝛt. ii. Macha. vii.

De beato Johanne baptista dicitur: quod cibus eius erat mel siluestre et locusta. Mathei. iii.

Unde de eo dicebat christus. Uenit iohannes non manducans neque bibens. Mathei. xi.

Saluator ieiunabat. xl. diebus et. xl. noctibus postea esuriebat. Mathei. iiii.

Abstinentia multum valet ad hoc quod homo possit faciliter ieiunare et vigilare. Nam post cenam increpauit dominus discipulos suos dicens: non potuistis vna hora vigilare mecum. Mathei. xxvi.

Mittens dominus discipulos suos ad predicandum iussit/ vt in quamcunque domum intrarent edentes et bibentes que apud illos sunt: et hoc quod communibus cibis contenti essent: et non quererent magis delicata. Luce. x.

De acceptione munerum.

Acceptio munerum est detestanda. vnde Abraham noluit accipere munera que obtulit sibi rex sodomorum: licet ipse optime meruisset. Genesis. xiiii. quando reuersus est Abraham a cede quattuor regum.

Munus obtulerunt filii israhel ad opus tabernaculi dei in tanta quantitate: quod iussit dominus moisi quod nullus vlterius aliquid offerret. Exodi. xxxvi.

Mercedem iniquitatis amauit Balaam: et iuit cum nunciis balach/ qui diuinationis precium habuerunt in manibus suis. Numeri. xxii.

Aoth munera obtulit regi moab eglon: et post ea secrete loquens cum eo percussit eum et occidit. Judicum. iii.

Samuel constituit duos filios suos iudices israel qui declinauerunt post auaritiam et peruerterunt

iudicium .i. Regum. viii.

Samuel aũt. xx. ãnis regnauit super israhel: et nu͡q legitur munera accepisse. i. Regum. xii.

Rex syrie benedab fedus habebat cum baassa rege israhel/ sed ꝓpter munera q̃ misit ei asa rex iuda rupto federe cum baassa: grauiter eũ impugnauit. iii. Regum. xv.

Naaman syrus fuit ab heliseo/ a lepra gratis mũdatus. ⁊ q͡a giesi ab eo accepit munera: ideo fuit etiam percussus lepra. iiii Regum. v.

Misit rex babilonis lr̃as ⁊ munera ad ezechiã et letatus est in aduentu eoꝝ ezechias. Et nota ibi q̃uo displicuit dño ꝓpter hoc. iiii. Regũ. xx.

Daniel contẽpsit munera sibi a rege oblata/ quando dixit sint munera tua tibi. ⁊ dona tua alteri da. Danie. v.

Propter munera quedã q̃ dedit iason ambiciosus regi antiocho: obtinuit summũ sacerdotiũ. cũ autẽ misisset pecuniã p menelaũ regi: ipse eu͡z supplãtauit: et pricipatũ obtinuit: q͡a supposuit iasoni argenti trecenta talenta. ii. Macha. iiii.

Cupiens sũmũ sacerdotiũ optinere alchimius ꝓditor ⁊ detractor: obtulit demetrio regi coronã aureã et quedã alia. ii. Macha. xiiii.

Milites custodientes sepulchrũ xp̄i accepta a iudeis pecunia dixerũt q͡a discipuli ipsum furati sunt cũ dormirent. Mathei. xxviii.

Judas accepta pecunia a iudeis ipsũ christu͡z tradidit eis. Mathei. xxvi.

Cũ vidisset simon q͡p p impositionẽ manuum darent spiritũ sanctũ: obtulit eis pecuniã dicens

date michi hanc potestatē. Actuum. viii.

Dñs cōqueritur p isaiam/ dicens: principes tui infideles: socij furū: oēs diligūt munera: sequūtur retributiones. isaie. i.

Et nota quicqd pōt aptari ad auaritiā: etiaz potest fieri de acceptione munerū. qa vnū viciū ē (pter alterū.

De auaritia.

Auaritiā plusq aliud viciū dñt odire prelati pricipes: et iudices. ideo signāter dixit illud ca. de iudicib9. qa auaritiā ꝯmiserūt. Exodi. xxiiii. Omnia posita in precedenti capitulo: pñt etiaz ad istam materiam reduci.

De affectione carnali.

Moises distribuit. xii. boues et sex plaustra: quos obtulerunt principes filiorū israhel. sed nō dedit caach: lz ei essent magis ppinqui. Nu. vii.

Moritur9 moises/ sollicite dñm rogauit vt populo israhel de duce idoneo prouideret: nullū tñ de genere suo nominauit. Numeri. xxvii.

Distribuens iosue terrā filijs israhel/ ita quā portionē dedit illis: q ipsi de hoc fecerunt q̄relā Sed nota ibidē responsum. Josue. xvii.

Audiens hely mortē duorū filiorū suorū in plio nō multū videtur curasse. sed cū audiret archā dñi captā cecidit de sella ⁊ mortuus est. i. Regū. iiii.

Qñ dauid nimis fleuit absalō occisū: dixit ei iacob/ q nō tm̄ doluisset si totū exercitū pdidissz. ii. Regum. xix.

Euntibus iudeis ad pliū contra mechanorē: erat eis pro vxoribus ⁊ liberis minor sollicitudo psanctitate autem templi: maximus et primus

timor.i.Macha.vii.et.ii.Mach.vltimo.
Loquente iesu turbis: dixit ei qdã/ ecce mater tua. Nota responsũ. Mathei.xii. Luce.viii.
Petente matertera secundũ carnem: rñdit ei sta dure: ac si oĩno ei aliena fuisset. Mathei.xx.
Quãuis beatus iacobus et iohannes fuissent maxime sãctitatis: nulli tñ eorum cõmisit christus curam ecclesie generalem sed petro: q sibi carnaliter nõ attinebat. Jo.xxi. Math.xvi.
Apostolus dixit ad Gal.i. cũ aũt placuit ei q me segregauit etc. Et seqtur: q nõ acquieui carni.etc
De angelis bonis.
Angeli boni Abrahe apparuerũt: et erga eum familiariter se habuerũt. Genesis.xviii.
Angeli apud Loth hospitati/ quasi piam ei violentiã faciẽtes: de graui periculo extraxerũt Genesis.xix.
Angelus domini prohibuit Abraham ne filiũ suum immolaret: et magna ei propter obedientiã suam repromisit. Genesis.ii.
Angelus domini pcessit castra filiorum israhel: quando exierunt de egypto. Exodi.xxiii.
Unde Exodi.xxiii. dicitur: ecce mitto angelũ meum qui precedat te: et custodiat in via: et introducat ad locum quem paraui.
Angelus apparens Gedeoni: confortauit ac animauit eũ ad liberationem populi Judicũ.vi
Helyam fugientem reginam Jesabel: angelus domini cõfortauit et nobili cibo eum refecit.iii. Regum.xix.
Judas machabeus et qui cũ eo erãt/ rogabãt

dñm vt bonū angelū ad salutē mitteret. Et sedꝫ et ꝓcedens eos apparuit eques in veste candida .ii. Machabeoꝝ.xi.

Ad ānunciandū xp̄i et Johānis baptiste conceptionē missus est angelus gabriel. Luce.i. Et nato domino ibidem: angel⁹ dñi pastoribus ānunciauit.

Angelus dñi legitur tribus vicibus Joseph apparuisse. scꝫ ante natiuitatem dñi. Mathei.i. dicens: noli timere accipere mariā coniugē tuā. et post adorationē magorū. Mathei.ii. Surge accipe puerū. Tertio post mortē herodis: ibidē dicens: accipe puerū et matrem eius: ⁊ reuertere

Post temptationē christi: angeli accesserunt ad xp̄m et ministrabant ei. Mathei.iiii.

Angeli apparuerūt in resurrectione dñi.

Item in eius ascēsione: sicut patet ex euuāgelio: principes sacerdotū et oēs qui cū eis erāt/ iniecerūt manus in apostolos: et posuerunt eos in custodiam.

Angelus aūt dñi de nocte appens eis: eduxit eos de custodia publica. Actuū: v.

Angelus dñi eduxit petrū ď carcere herodis Act .xii.

Herodes rex sedebat ꝓ tribunali: popul⁹ aūt acclamabat voces dei et nō hoīs: cōfestī ꝑcussit eū angelus dñi et expirauit. Act.xii.

De angelis malis.

Angeli mali sunt in potestate dñi: et ipso per mittente/ opanᷓ q̄cq̄d operantur. Unde dictū est saul/ spūs malus exagitabat te.i. Regum .xvii.

Demon occidit septem viros sare filie ipsius raguel: Sed per angelū raphaelem fuit eiectus Thobie vii. et viii.

Sup aialia et filios et ꝓpriū corpus Job/ potuit in eū demoniū: ꝗtū ꝑmisit dñs. Job. i.

Spiritus malus facit hoiem immundum: vt patet in illis duobus demonibus in sepulchris habitātibus: ⁊ demones ab eis expulsi/ petebāt vt possent porcos subintrare. Mathei. viii. et Luce. viii.

Item demoniū fecit hoiem cecum et mutum. Mathei. xii. et Luce. xi.

Item filiū viri de turba apprehendit: ⁊ fecit eum stridere dentibus/ et spumare: ⁊ frequenter eū in ignem et aquā misit: vt perderet eū. Luce ix. Mathei. ix.

Potestatem autē eoꝝ paruam esse ꝓbat illud exemplū: ꝙ nec in porcos: nisi de licentia dei poterant intrare. Mathei. viii. et Luce. x.

Dñs ꝓhibuit discipulis ne de hoc gauderēt: ꝙ spiritus maligni subiacebant eis: nec magnū deberent reputare. Luce. x.

Uolentes iudeoꝝ exorciste demoniū noīe iesu quem paulus ꝑdicabat adiurare: respondit eis demon et dixit: iesum noui/ et paulum scio. Sed vos qui estis? ⁊ insiliens vulnerauit eos egregie ita vt ipsi fugerent: vt patet Act. xix.

De audientia.

Locutus est Aaron oīa verba dei que dixerat dominus ad Moisen. ac credidit populus isrł: et proni adorauerunt. Exodi. iiii.

Dixit moises corā dn̄o: filij israhel non me audiūt et quomodo audiet pharao? Exodi. vi.

Cūctus populus dixit moisi vna voce: oīa que locutus est dn̄s faciemus. Ibidem. xxiiii.

Eglon rex moab sedebat in estiuo cenaculo. dixitq3 ad eum aoth verbū dei habeo ad te. q̄ statī surrexit de throno. Prius enī dixerat v̄bū secretū hēo ad te. Rex aūt ille n̄ mouit se. s3 cū dixit v̄bū dei de throno: surrexit/ quasi reuerentiā exhibēs verbo dei. Judicum. iii.

Achab rex israhel noluit audire micheam ꝓphetā dn̄i: q̄a nō ꝓphetauit ei nisi malū. Et nota q̄ sequūtur ibidem. iii. Regum. xxii.

Esdras legit ī libro legis de mane vsq3 ad mediū diē: et aures oīs ppl̄i erant erecti ad libꝝ. Et sequit̄ post: et fleuit oīs populus cū audirēt v̄ba legis. ii. Esdre. ix.

Respōdens Job domino dixit: auribus audiui te. nunc oculus meus videt te: idcirco ago penitentiā. Job. xlii.

Factum est v̄bū dn̄i ad hieremiā/ dicens: noli subtrahere verbū: si forte audiant/ et reuertatur vnusquisq3 a via sua mala. ꝛc. Hiere. xxvi.

Dixit dn̄s ad ezechiā: vade ad dn̄m israhel: ꝛ loquere v̄ba mea ad eos. Et sequit̄: dn̄s israhel noluit audire. Ezechie. iii.

Maria magdalena audiuit verba xp̄i. et ideo xp̄s ad eā dixit. maria optimā partem elegit: q̄ non auferetur ab ea. Luce. x.

Dn̄s in fine sermonis in monte/ dixit: oīs qui audit verba mea et facit ea: assimilat̄ viro sapiēti

Mathei.vii.et Luce.vi.

In alio sermone qñ extollens vocem q̃dã mulier dixit: beatus vẽter q̃ te ꝛc. rñdit xp̃s. quinimo beati qui audiũt verbum dei ꝛ custodiunt illud. Luce.xi.

Audito sermone petri in die pẽthecostes post aduẽtũ sãcti spiritus: cõpũcti sũt corde: et baptisati sunt circiter tria milia hoim. Actuũ.ii.

Apostoli cõuocatis discipulis dixerunt: nõ est equum nos relinquere verbum dei/ ꝛ ministrare mense Actuum.vi.

Dñs p isaiã dicit p̃dicatorib⁹ clama: ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. Isaie.lviii.

Itẽ Ione dicit: surge et vade in niniuen: ꝛ p̃dica in ea p̃dicationẽ quã loquar ad te. Ione.i.

Item marci.xvi. Euntes in mundũ vniuersũ: p̃dicate euuãgeliũ omni creature.

Paulus excitãs thimotheũ dicit: p̃dica ꝟba iusta oportune.ii.ad Thimotheum.iiii.

Sed sunt multi sicut cain: q̃ audiẽs deũ se icrepantẽ q̃si ꝯcidit vultus eius: qꝛ cõcepta iniq̃tate mime cessauit: nec post mortẽ fratris dño eũ iterrogante/ penituit: sed desperauit. Geñ.iiii.

Itẽ sodomite quos dñs pie monebat dicens: nolite q̃so fratres mei nolite hoc malũ facere: et illi cõtumaciter sibi respõderunt. vt pꝫ. Geñ.xix

Itẽ rex ieroboã noluit consilio senũ acq̃escere: sed cõsilio iuuenũ: qḋ accidit sibi in malũ. vt ptꝫ .iii. Reg.xii.

Perrexerũt cursores .i. p̃dicatores cũ epistolis ex regis assuerisipio/ ad vniuersũ israhel ꝛ iudeã

dicentes: revertimini ad dominũ deũ Abraham et isaac. ii. Para. xxx.

Bonũ consiliũ dedit daniel nabuchodonosor regi dicens: consiliũ meũ tibi placeat: et peccata elemosinis redime. Danielis. iiii.

Mathatias moriturus filios suos exhortat⁹ est ad agẽdũ viriliter ꝓ lege. i. Macha. ii.

Item iudas machabe⁹ exhortabatur populũ suum ꝯ hostes pugnaturus/ sermonibus bonis et singulos armauit non clipei et haste munitione: sed sermonibus optimis et exhortationib⁹. ii. Macha. xv.

Dñs per visionẽ dixit paulo: noli timere/ sed loquere: et ne taceas. Actuum. xviii.

Itẽ paulus de asia recessurus dixit maiorib⁹ natu: per trienniũ non cessaui die ac nocte: cum lachrimis monens vnũquẽqꝫ vestrũ. Actuũ. xx.

De adoratione.

Cum eleuasset oculos Abraham tres ãgelos id est personas in diuinis adorauit. vt patet Genesis. xviii.

Fornicatus est populus filioꝝ israhel cũ filiabus moab: que eos ad adorandum deos suos ꝑduxerunt. Nume. xxv.

Non suffecit regi achab/ vt ambularet in peccatis zoroboam: sed insuper seruiuit baal ⁊ adorauit eum. iii. Regum. xviii.

Sennacherib rex asirioꝝ adorauit in templo nesrach deum suum: et duo filij eius ꝑcusserunt eum gladio et occiderunt eum. iiii. Regũ. xix.

Manasses rex iuda erexit baal aras: ⁊ adora=

uitoēm militiam celi.iiii.Regum.xxi.

Nabuchodonosor fecit statuā aureā: ꝛ p̄cepit vt oēs eam adorarent.Danielis.iii.

Babilonii/draconem adorauerunt Da.xiiii.

Audientes filij israhel: q̄ dn̄s eos visitaret ꝛ respexisset afflictionē eoꝝ: adorauerunt proni in terram.Exodi.iiii.

Moisi dixit dn̄s: ascende in montē tu/ꝛ aaron et nadab/et abin/et.lxx.senes israhel: et adorabitis Exodi.xxiii.post p̄ceptū decalogi/non habebis deos alienos: nō adorabis neq̄ coles eos. Exodi.xx.

Helchana ascendebat statutis diebus vt adoraret deum exercituū in sylo .i.Regum.i.

Filij israhel reuersi de captiuitate babilonis quater in die et quater in nocte confitebātur: et adorabant dn̄m deum suum.Neemie.ix.

Cum irent oēs filii israhel ad vitulos aureos thobias fugiebat in hierusalē ad templum dn̄i et ibi adorabat dn̄m deum suum: Thobie.i.

Cum audisset Job nunctoꝝ verba dicentium sibi perditionem rerum et filioꝝ: surrexit: ꝛ corruens in terram adorauit.Job.i.

Quāuis ꝓhibitum esset ne aliquid peteretur a deo vel ab hoīe nisi a solo rege.Dario.xxx.diebus: Daniel tn̄ tribus tp̄ibus in die flectebat genua sua: ꝛ adorabat dominū deum suū. Da.vi.

Magi intrantes domū: inuenerūt puerū cuz maria matre eius: et procidentes adorauerunt eum.Mathei.ii.

Cum descēdisset iesus de monte: ecce lepros⁹

veniens adorabat eũ dicens: dñe si vis potes me mundare. Mathei. viii. et Marci. i.

Cecus natus a deo illuminatus adorauit eũ. Job. x.

Uidentes discipuli dñm post resurrectionem adorauerunt eum. Mathei. xxviii.

Dominus quoqȝ diabolo dixit: dominũ deuȝ tuum adorabis. Mathei. iiii.

Postq̃ vidisset et audisset iohãnes dei reuelationes cecidit vt adoraret ante pedes angeli: qui ei hec ostẽdebat ⁊ dixit ei: vide ne feceris: ꝛc. Et post hoc sequitur deum adora. Apocal. xxii.

De adulatione.

Chore ⁊ cõplices eius cũ restitissent aduersus moisen et aaron/ ⁊ dixerũt: sufficiat vobis: q̃a ois ista multitudo est filioꝝ sanctoꝝ: et in ipsis ẽ dñs In quo appet q̃ beniuolentiaȝ populi captabãt Numeri. xvi.

Adolescens narrans dauid mortẽ saul ⁊ ionathe: occisus est de mandato dauid. ii. Regũ. i.

Mali ꝓphete dicebant achab regi israhel prospera de bello futuro: sicut eum velle sciebant Et seqtur q̃ ipse est ibi occisus. iii. Regũ. xxii.

Uxor aman et amici eius aduertẽtes pessimũ animũ eius cõtra mardocheũ/ sed adulantes dixerũt sibi: iube parare sibi excelsã trabem: ĩ qua ipse postea est suspensus. Hester. v.

Christus iohannẽ baptistã laudauit/ nõ p̃ntẽ Math. xi. dans in hoc exemplũ q̃ nullus ĩ p̃ntia sua debet laudari.

Pharisei volentes iesum capere in sermone:

ceperūt eum laudare: et dicere: magister scimus quia verax es. Math. xxii.

Orator ille terribilis contra paulū a principe sacerdotū in pricipio quiescēs adulatus ē dicēs: felici presuli ꝛc. Actuum. xxiiii.

De Ambitione.

Locutus est aaron et maria contra moisen dicentes: nōne similiter locutus est nobis dn̄s? et ꝑ hec verba videntur principatum populi ambire Nu. xii.

Chore et cōplices eius ambientes ad regnum populi: ceperūt populū cōmendare: moisen vero et aaron accusare: dicētes. sufficiat vobis/ ꝙ oīs multitudo sāctoꝝ est. cur eleuamini sup populū domini. Nu. xvi.

Abimelech filius fratris gedeonis callidus/ ꝓcurauit se eligi per amicos ex parte matris sue sꝫ postea pessīe successit vtrisqꝫ. vt ptꝫ Judicū. ix.

Oliua et ficus noluerunt supra ligna regnare sed ramus regnū ꝑsumpsit assumere. Similiter contingit in presūptuosis. Ibidem.

Supbꝰ aman secundus a rege habēs diuitias mltas et honores: nihil se habere putabat ꝙ diu mardocheū ante fores regis videbat: cuiꝰ mortē ambitiose cupiebat. sicut patet Hester. v.

Audiens seron/ ꝙ iudas cōgregauit ecclesiā fideliū/ ait faciā michi nomē: ꝛ gloriabor i regno et debellabo iudam sed tamen ipse cito fugit: a iuda debellatus. i. Macha. iii.

Cū vidisset simon magus ꝙ per impositionē manuū apostoloꝝ daref spiritus sanctus: obtulit

eis pecuniā dicens: date michi hanc potestatem: vt cuicunqꝫ imposuero manum accipiat spiritū sanctum. Actuū. viii.

Ambigebat iason sūmū sacerdotiū. et ꝓpter hoc mittebat regi. ccc. lx. talenta argenti et alia multa: ⁊ tñ modico tpe honore sacerdotij fūctus est. ii. Macha. iiii.

De Amicicia.

Loquebaṫ dñs moisi facie ad faciē: sicut solet homo loqui amico suo. Exodi. xxxiii.

Anima ionathe aīe dauid fuit conglutinata ⁊ dilexit eam sicut aīam suam. i. Regum. xviii.

Nā expoliauit ionathas se tunica sua qua erat indutus et dedit eam dauid. Ibidem.

Fuit signū fidelis amicicie et dilectiōis armigeri saul licet tñ indiscrete fecerit: scꝫ vidēs dñm suū mortuū irruit super gladium suū ⁊ mortuus est cum eo: vt patet. i. Regum. xxxi.

Misit abner nūcios ad dauid dicēs: fac mecū amicicias: et erit manus mea tecum. et reducam ad te vniuersū israhel. ii. Regum. iii.

Cusi amicus dei venit ad absalon ⁊ dissipauit consiliū achitofel. ii. Regum. xvii.

Propheta hieu dixit ad iosaphat/ q̄ ierat ad preliū cum impio achab regi israhel ꝑbens ei auxiliū: impio ꝑbes auxiliū et his q̄ oderunt deum amicicia iungeris ⁊ idcirco irā dei merebaris. ii. Parali. xix.

Audientes oēs tres amici iob malū quod accidisset ei venerunt singuli de loco suo: vt visitarēt eū et consolarētur. quibus ipse iob dixit: subuerti

suni amicū vestrū. Job. ii. ca.

Rex alexāder misit ionathe epistolam dicens audiuimus de te ꝙ sis vir potens virib⁹. ꝛ aptus es vt sis amicus noster. i. Macha. x.

Accepit ionathas aurū ꝛ argentū ꝛ alia ēcenia multa et dedit demetrio: ꝛ īuenit gratiā ī oculis eius: et fecit eū principem amicorū. i. Macha. xi.

Uidit ionathas ꝙ tp̄s iā īgruat et misit romā viros statuere ꝛ renouare cū romanis amiciciā: .i. Mach. xii.

Postꝙ alexāder percussit demetriū misit ad ptholomeū regem egypti legatos: vt statuerent adinuicem amiciciā: ꝛ daret filiā suam in vxorē. .i. Macha. x.

Propter veterem amiciciā q̄dā astātes eleazaro / ꝑsuadebāt: vt carnes quas attulerant / qb⁹ etiā vesci liceret / manducaret et simularet se carnes porcinas comedere vt sic posset mortē euadē

Laudauit dn̄s villicū iniq̄tatis / ꝙ prudenter fecisset amicos sibi acq̄rendo de bonis dn̄i sui: cōcludendo per hoc ꝙ ꝑ talia debem⁹ nobis amicos acq̄rere: qui nos possint in eterna tabernacula recipere et introducere. Luce. xvi.

Posuit etiam dn̄s exemplum de illis q̄ media nocte vadunt ad amicos: vt petant aliq̄d ab eis Luce. xi.

In passione domini facti sunt amici pilatus ꝛ herodes. Luce. xxiii.

Cōmota ciuitate ephesiorū et confusa: quidā de asia q̄ erāt amici pauli / miserūt ad eū ne daret se in theatrum. Actuum. xix.

De aspectu et visu.

Prīa mulier/ viso ligni vetiti fructu pulchro: tulit de illo et comedit. Genesis. iii.

Pulchritudo etiā mulierū visa multorū fuit occasio malorū. nam videntes filii dei filias hoim q̄ essent pulchre ꝛc. Genesis. vi.

Abrahā dixit saray vxori sue: noui q̄ pulchra sis mulier: et cū viderint egyptii te: interficient me: et te reseruabunt. Genesis. xii.

Volens dyna filias regionis videre: ipsa visa corrupta fuit. Genesis. xxxiiii.

Judas vidit thamar ī biuio: et cū ea peccauit Genesis. xxxviii.

Vidit dauid de solario Bersabe se lauantem ex aduerso quam tulit: et postea virū eius occidit. ii. Regum. xi.

Cum intrasset iudith in cōspectu holofernis: statim captus est in oculis suis. Judith. x.

Vn̄ ibidē: sādalia eius rapuerūt oculos illius: et pulchritudo illius/ captiuā fecit aīam eius.

Viderūt duo senes susannā se quotidie lauantem/ et ortū intrantē/ et deambulantē. ꝛ exarserūt in concupiscentia eius. Danie. xiii.

De bellis et guerris.

Abraham cum paucis sociis quattuor reges debellauit. et Loth/ nepotem suum liberauit. Genesis. xiiii.

Nota q̄ in bello iusto nō tenet homo inimicis ꝑdicere bellū: vel eos p̄munire. īmo licet eis īsidias tendere: sicut patet ꝑ abrahā. Genesis. xiiii. et etiam Judicum. viii.

De gedeone ɔtra amalech misit moises iosue ad pugnandũ: ipse xp̄o in oratione permansit/ et plus fecit orando q̄ ille manibus feriendo. Exo di. xvii.

Ex precepto domini pugnantes filij israhel cõtra madianitas: tantam habuerunt victoriam: q̄. xxxii. milia virginũ fuerunt in preda. et tamē de populo israhel non fuerunt nisi. xii. milia. de quibus ne vnus quidem in prello mortuus est. Numeri. xxxi. et. xxi.

Vociferante populo/ et clangentibus tubis/ sicut preceperat dominus iosue: versi corruerũt et ciuitas ab eis capta est. Josue. vi.

Post mortem iosue/ filij israhel non leguntur ad preliũ missi: nisi consulto domino. et sic tradidit chananeum/ et phereseum in manus eorum Judicum. i.

Et nota de saluatore nomine aoth: quē suscitauit dominus filijs israhel. Judicum. iii.

Item dixit delbora ad barach: surge. Ibidem. iiii.

Et nota de tricentis viris. Ibidem. vii. Itē ix. et. xi.

Item de samsone. Ibidem. xiii.

Et deinceps vsq₃ ad decimũseptimum.

Tempore hely sacerdotis/ filij israel debellati sunt a philisteis. et postea filij israhel tēptantes dominum: tulerunt archam domini secum. sed philistei debellauerunt eos: et archa₃ domini ceperunt. i. Regum. iiii. et Ibidem. vii. ix. xi. xiiii xvii. et. xx.

Audientes q̄ dauid vocatus esset in regē sup israhel: ascenderūt vniuersi vt quererent eū. qui consuluit dn̄m: et ꝑcussit eos. ii. Regū. v.

Item dauid iterū et iteꝝ percussit philisteos ꝛ tulit frenum tributi de manu eoꝝ. ii. Regū. viii

Item percussit moab: et factus est ei seruiens sub tributo. ii. Regum. viii.

Item regē saba et de syria. xxxiii. milia viroꝝ et seruauit dn̄s dauid in oībus ad quecunq̄ ꝓfectus est. ii. Regum. viii.

Ioab dixit fratri suo: esto vir fortis: ꝛ pugnabimus ꝓ populo nostro: et ciuitate dei nostri. dn̄s aūt faciet quod bonū est in cōspectu suo. Et seq̄ꝫ q̄ in prelio fugerūt oēs īimici iacob. ii. Regū. x.

Benedab rex syrie/ obsidebat samariā. sꝫ vict⁹ fuit et fugatus ad mandatū dn̄i: pugnans cōtra pueros principū: q̄ erant. cc. xxxii. Sequēti autē anno venit iteꝝ benedab cū exercitu suo maximo et ceciderūt. c. milia peditū in die illa. iii. Regū. xx.

Samaria tādiu obsessa erat a rege syrie/ q̄ vēdebaꝫ caput asini. lxxx. argenteis. iiii. Regū. vi

Sed ad ꝟbū helisei fugati sunt syri: ꝛ ex hoc habuerunt maximaꝫ rerum abundantiam. iiii. Regum. vi.

Rex israhel multotiens debellauit regē syrie sed ꝓpter peccatū hoīm cepit dn̄s sup israhel: et percussit eos asael rex syrie in vniuersis finibus israhel. iiii. Reg. xiii.

Item nota ibidem. xxiiii.

Itē nota quomō āgelus dn̄i percussit exercitū

sennacherib. et ipse post modicũ tp̃s a filijs suis interfectus est. iiii. Regum. xix.

Egressus ẽ ꝯtra azam regẽ iuda sara ethiops cũ exercitu suo decies centenis milibus: et inuocauit dñm aza dicẽs. dñe nõ est apũ te vlla distãtia vtrũ in paucis auxilieris aut in multis. Exterruit itaq; dñs ethiopes et ruerunt vsq; ad internetionẽ. quia dño cedente contriti sunt. ii. Para. .xiiii. et. xv.

Phacee filius romelie rex israhel occidit de iuda. c. xxii. milia bellatoꝝ vna die: eo q̃ reliq̃sset dñm. ii. Para. xxviii.

Judith ꝑ totũ: quomõ ipsa occidit holofernẽ: et postea dixit dñs oĩpotens tradidi eũ in manu femine.

Uidẽs iudas machabeꝰ exercitũ serõ magnũ valde timẽtibus socijs ait: facile est multos concludi in manus paucoꝝ et non est differentia in cõspectu dei celi/ liberare in multis aut ĩ paucis ꝛc. et contritus est seron et exercitus eius. i. Macha. iii.

Item nota q̃ ipse iudas pugnaturꝰ sp̃ diuinũ auxiliũ per orationẽ ĩuocauit: p̃terq̃ in duobus bellis: vbi orasse nõ legitur Unũ fuit ꝯ antiochũ .i. Macha. vi. Secundum ꝯ bachidẽ et alchidẽ tunc ipse cecidit ꝛ ceteri fugierũt. i. Macha. ix

De Benedictione dei.

Creauit deus hoiem ad imaginẽ et similitudinẽ suã et benedixit ei. Genesis. i.

Noe quoq; bñdixit et filijs eius. Ibidẽ. ix.

Abrahe etiam dixit egredere de terra tua/ Et

seqtur: bñdicens benedicã tibi. Ibidem. xli.

Super ysmael exaudiui te dixit dñs abrahe: ecce bñdicã eũ et augebo. &c. Ibidẽ. xvii.

Dñs etiã benedixit isaac et locupletatus est. Ibidem. xxvi.

Loquẽs iacob auũculo suo labã dixit: modicũ habuisti quãdo veni ad te: et nunc diues factus es: benedixitq dominus ad introitum meum Genesis. xxx.

Dñs etiam bñdixit domui pharaonis ab egypto: pter ioseph: et multiplicauit substantiam eius. Genesis. xxxix.

Habitauit archa dñi in domo obededõ tribus mensibus: et benedixit dñs obededõ & oẽz domũ eius. ii. Regum. vi.

De Job dicitur: operibus manuũ suaꝝ bñdixisti. Job. i.

Item ibidẽ. xlii. dñs benedixit nouissima iob magis q̃ principio eius.

Ascensurus christus in celũ eleuatis manib9 benedixit discipulos. Actuum. i.

Electos etiam suos in vltimo iudicio bñdicet dicens: venite bñdicti patris mei: &c. Math. xxv

De Bñdictione & laude hoĩm.

Melchisedech rex salẽ occurrens Abraham reuertenti a cede quattuor regum ait: bñdictus dominus in excelsis/ quo ptegente hostes ĩ manibus eius traditi sunt. Genesis. xxiiii.

Obtenta victoria de syrach delborã & barach cecinerunt dicentes: qui sponte animas vestras domino de israhel obtulistis: benedicite domino

Judicum.v.

Post victoriam quam habuit de galaad dicitur: bñdictus dominus deus meus. Regũ.xvii.

Cum andisset hiram verba salomonis de templi edificatione dixit: benedictus dominus deus meus: qui dedit dauid filium sapientissimũ sup populum hunc plurimũ.iii. Regum.v.

Edificato templo dixit salomon corã vniuerso populo: benedictus dominus deus israhel.iii. Regum.viii.

Fecit dauid principem vnum ad confitendũ deo asaph: et fratres eius. Et sequitur: bñdictus dominus deus israhel ab eterno ꝛ vsq3 ineternũ .i. Para.xvi.

Vidẽs esdras animũ regis artaxersis bonũ/ ad iudeos ait: benedictus dominus deus patrũ nostrorũ.i. Esdre.vii.et.viii.

Completo muro ciuitatis ierusalẽ sub Esdra et neemia: dixerunt leuite: surgite ꝛ bñdicite deo ab eterno et vsq3 ineternũ. Neemie.ix.

Sara filia raguelis cũ compleret orationem: dixit. Bñdictũ est nomen tuũ de⁹ patrũ nostroꝝ qui cum iratus fueris misericordiam facies. Thobie.iii.

Thobias filiũ suũ instruxit dicẽs: oĩ tpe bñdic deo ꝛ pete ab eo/ vt vias tuas dirigat. Thob.iiii

Raguel ꝛ vxor ei⁹ vidẽtes ꝙ thobiã iuniorẽ ñ lederet demoniũ dixerũt: bñdicim⁹ te deũ isrł ꝗa nõ accidit nobis/ vt putabam⁹. Thobie.viii.

Angelus raphael monuit vtrũq3 thobiã/ vt benedicerent deum celi. Thobie.xii.

Osias princeps videns iudith cum capite holofernis ait: bn̄dictus deus q̄ creauit celū ꝛ terrā Judith. xiii.

Daniel post reuelatiōz sibi factā ait: sit nomē dn̄i benedictū. Danielis. ii.

Tres pueri in camino/deū bn̄dixerūt. Da. iii

Obtenta de hostibus victoria ꝛ altare edificato: sub iuda machabeo: filij israhel benedixerūt deum. ii. Machabeoꝝ. x.

Tribulationes patiens paulus ait: bn̄dictus deꝰ pater dn̄i nostri iesu christi. ii. Corītheoꝝ. i.

Audiui hoīes dicētes sedēti in throno ꝛ agno Bn̄dictio et claritas/honor ꝛ gl'ia ꝛc. Apoca. v.

De benedictione patrū antiquoꝝ.

Melchisedech rex salē reuertenti abraham a cede quattuor regū ait: benedictus abrahā deo excelso. Genesis. xiiii.

Benedixit isaac iacob dicens: det tibi deus de rore celi. Genesis. xxvii.

Bn̄dixit iacob filijs ioseph effraim ꝛ manasse et etiā filijs ꝓprijs singulis dans ꝓpriā benedictionē. Genesis. xlix.

Dixit dn̄s moisi: sic benedices filijs israhel. Moises ante mortē bn̄dixit filijs israhel dicēs: dominus de syna venit et de seyr ortus est nobis. Deutrono. xxxiii.

Jn cantico de victoria habita de sisara dicit: bn̄dicta inter oēs mulieres iahel vxor aberinei Judicum. v.

Noemi videns nurū suam ruth a boos fuisse honoratā dixit: bn̄dictus sit a domino qm̄ eandē

gratiā quā viuis prebuerat: seruauit ⁊ mortuis. Ruth. ii.

Cōmendans boos ruth/ ꝙ ad deū israhel cōfugerat: ait: bñdicta es a deo filia q̄ priorē misericordiā posteriore supasti. Ruth. iii.

Nunciatū est dauid ꝙ viri iabes galaad sepelissent saul: dixitq₃ ad eos: bñdicti vos a dño qui fecistis misericordiā hanc cū saul. ii. Regū. ii.

Apphendēs raguel dexterā filie sue: tradidit thobie dicens: deus abrahā ⁊c. Thobie. ii.

Gabel⁹ ingressus domū vt thobiā ibi iueniēs ait: bñdicat te deus israhel qa fili⁹ es viri optimi iusti et timentis deum et elemosinas facientis. Tho. ix.

Osias princeps populi dixit ad iudith: bñdicta es filia a dño deo excelso pre oībus mulierib⁹ super terram. Judith. xiii.

Factū est vt audiuit elisabeth salutationem marie exclamauit dicens: benedicta tu in mulieribus ⁊c. Luce. i.

De benignitate et misericordia dei.

r Ogans abrahā ꝓ sodomitis dñm et quasi importune petēs: sp tñ deus benigne rñdit vt patet Genesis. xviii.

Item fugienti iacob a facie fratris sui: dñs benigne et clementer apparuit. Genesis. xxviii

Item redeunti ab insecutione soceri sui liberauit. Genesis. xxx. ⁊ xxxi.

Ait dñs moisi: dimitte me ne irascatur furor meus cōtra populū istū. Cerno enī ꝙ dure ceruicis sit/ q̄si diceret: tu me tenes/ vt non possez eos

cōterere et delere. Exodi. xxxii.
Nota q̄ pie dn̄s locutus ad nathan de dauid et de domo eius. ii. Regum. vii.
Ezechias rex iuda dixit: dn̄s ppiciabit cūctis q̄ in toto orbe requirūt eū. ii. Parali. xxx.
Balach vocauit balaam vt malediceret filijs israhel sed dn̄s sp ecōtrario bn̄dixit eis. Numeri xxii. xxiii. et. xxiiii.
Nabuchodonosor vidit cū azaria et socijs ei⁹ similē dei in fornace ardēti sedentē. Da. xiii.
Item de susanna. Danielis. iii.
Itē de daniele in lacu leonū. Danielis. xiii
Machabeus et cū eo cōtra thimotheū pugnātes habuerunt auxiliū dei apparuerunt duo viri ii. Machabeoꝝ. x.
Item in prelio ꝯtra lisiam. ii. Machabeoꝝ. xi
Saluator ī domo simonis leprosi benigne discubuit. Mathei. xxvi. et Luce. vii.
Mariam magdalenā pie defendit contra ip̄z simonē et phariseos. Luce. vii.
Item cōtra marthā conquerentē. Luce. xi
Itē contra discipulos ppter effusionē vnguēti. Mathei. xxvi.
Uenientibus ac capiētibus ministris pōtificū christū dixit eis: si me queritis sinite hos abire. Johan. xviii.
Sciebat enī q̄ non erant parati ad martyriū sustinendū Et ideo infirmitati eoꝝ condescēdēs voluit vt parcerent eis.
Petrū post trinā negationē lachrymātē benigne respexit: et ad mia3 recepit. Luce. xxii.

Thome dubitanti se palpandū prebuit: et in fide solidauit. Johan. xx.
Dū lapidaret stephanus se illi ostendit: et eū ad sustinendū aiauit. Actuū. vi.
Paulum benigne conuertit. Actuū. viii.

De Blasphemia.

Filius mulieris israhelite pcepto dñi lapidatus fuit in deserto: qa nomen dñi blasphemauit. Leuitici. xxiiii.
Dixit hely filiis suis si peccauerit quis in virū placari potest ei dñs. Si autē in dñm peccauerit quis orabit pro eo? .i. Regum. ii.
Nathā ppheta peccatū dauid multū aggrauauit: eo q inimicos fecit blasphemare. ii. Regū xii.
Vir dei dixit ad regem israhel: qa dixerūt syri deus montiū ipse est dñs: et nō est deus vallium. dabo omnem multitudinē hanc grandē i manu tua. iii. Regum. xx.
Jesabel fecit imponi naboth blasphemiam et occidi. iii. Regum. xxi.
Displicuerūt blasphemie dño quas dixerunt serui sennacherib regis assyriorū. Vñ pcussit āgelus dñi. c. lxxxv. milia de eis. iiii. Regū. xix.
Nota q nō expedit siplices hoies ꝯ infideliū blasphemias disputare: ppter hoc phibuit ezechias ne populus suus blasphemando rapsaci aliquid responderet. iiii. Regū. xviii.
Item nota quod scribitur isaie. xxvi.
Obsidēte iuda Machabeo qādā psidiū qdā gētiles in eo existētes vba blasphemie et nefāda

iactabant. q̄ cito post termīati sūt. ii. Macha. x.

De confessione.

Ponebat dn̄s adā peccatū recognoscere: sed ille retorsit in mulierem ꝛ mulier in serpentem. Genesis. iii.

Cain peccatū recognouit et desperauit dicens: maior est iniq̄tas mea q̄ venia. Genesis. iiii.

Pharao dixit peccaui: licet se a peccato non conuertit. Exodi. ix.

Item dixit saul. i. Regum. xxvi. Item dixit antiochus. ii. Macha. ix. sed nullus eoꝝ veniaꝫ consecutus est: q̄a non recto corde dixerūt.

Afflicti filij israhel ꝑ serpētes ignitos dixerūt moisi: peccauimus q̄m locuti sumus cōtra dn̄m et contra te. Numeri. xxi.

Filij israhel vehementer oppsi a philisteis et filijs amon dixerūt: peccauimus. i. Regū. vii.

Humiliter recognouit dauid peccatū suum: ꝛ ideo audire meruit: dn̄s trāstulit peccatū tuū. ii Regum. xii.

Itē q̄n populū numerare fecerat: se ꝑcutiēdū obtulit deo loco populi īnocētis. ii. Regū. xxiiii

Neemias dixit: confitebor pro peccatis filiorū israhel. Nee. i.

Thobias licet ab infantia deū timuerit ꝛ mā-data eius custodierit: tn̄ dixit: non egimus scd̄m p̄cepta tua et non ambulauimus sincere corā te. Thobie. iii.

Tres pueri q̄ sancte et mūde vixerāt ī camino ignis dixerūt: peccauimus/ īiuste egim⁹ Da. iii.

Orans deū daniel dixit in ꝑsona populi: tibi

peccauimus iniqtatē fecimus. Da.ix.
Sextus illoꝝ septem fratrū incipiens ait: nos ꝓpter nosmetipsos hoc patimur: q̄a peccauimꝰ in deum nostrū. ii. Macha. vii.
Similia dixit latro cū christo crucifixꝰ: vnde veniā statim obtinuit. Luce. xxiii.
Predicante populo per asiā multitudini credentiū/ veniebant cōfitentes et annūciātes actꝰ suos. Actuum. xix.

De confidentia.

Moises confidenter arguebat pharaonem. Exodi. iiii. Et in similibus sequētibus aliis.
Confidenter ⁊ etiā reuerenter arguit nathan ꝓpheta dauid regē post adulteriū. ii. Regū. xii.
Dixit helyas ad achab nō ego turbaui israhel: sed tu et domus patris. et fecit. cccc. prophetas baal occidi. iii. Re. xviii.
Helyas dixit ochosie regi israhel: super lectū quē ascendisti nō descendes. iiii. Regū. i.
Spiritus domini induit zachariā filiū ioiade et stetit in cōspectu populi dicens. quare trāsgredimini p̄ceptū domini qđ vobis nō proderit. ii. Parali. xxiiii.
Mardocheus cū ꝯfidētia magna dixit hester regine. ne putes ꝙ aīam tuā tantū liberabis: q̄a in domo regis es pre cunctis hominibus iudeis Hester. iiii.
Cū dicerent socii iude ad eū vt liberaret aīam suā/ q̄a hostes erant multi: ipsi autē pauci: rn̄dit iudas: absit ꝙ fugiamus. Et si appropīquauit tp̄s nostrū moriamur in ꝟtute. i. Macha. ix.

Paulus apostolus presente pconsule elimā magū durissime increpauit. Actuū.xiii.

De cōpassione et pietate.

Compassus populo dauid: petiuit ab angelo percuti illoꝝ loco.ii.Regū.xxiiii

Helyas mulieri vidue compatiens: filiū eius mortuū resuscitauit.iii.Regū.xvii.

Heliseus mulieri vidue ⁊ obligate compassus oleū eius augmentauit.iiii.Regū.iiii.

Audiēs neemias miserabilem statū ciuitatis ierusalem fleuit diebus multis et tandē consiliū adhibuit auxiliū optimū.vt patet Neemie.i.

Dū regnaret sēnacherib ⁊ filios israhel exosos haberet: thobias pergebat quotidie per omnem cognationē suā et cōsolabatur eos.esuriētes alebat.nudis vestimēta pbebat.mortuos ⁊ occisos sollicite sepeliebat.Thobie.i.

Magnā habebat iob compassionē ꝙ dicebat: auris audiens beatificabat me: eo ꝙ pauperem liberassem ⁊ pupillū cui nō erat adiutor.benedictio perituri veniebat super me et cor vidue cōsolatus sum.Job.xxix.

Hester regina populo suo cōpatiens: ieiunio se affl ixit et ad regē ꝯ statutū intrauit.Hester.v

Cū reuelasset dn̄s ezechie pctā populi israhel et penas quas passuri erāt ex compassione amaricatus fuit et tristis.vt patet Ezechielis.xxiiii.

Cōtra nolētes pximis compati adducit dn̄s parabolā de seruo nequā.Mathei.xviii

Ad hoc aūt ꝙ hō pximo cōpatiaꝛ ⁊ misereaꝛ: multum iuuat memoria iudicii: vbi de operibus

misericordie mentio fiet specialis. Mathei.xxv
Judiciũ sine misericordia fiet ei q̃ non facit mi sericordiã. vt patet Jacobi.ii.
Paulus tãta anxietate fratrib⁹ suis ꝛ cogna tis cõpatiebať: q̈ ipse dicebat: tristitia ẽ magna: et cõtinuus dolor cordi meo optabã. Et ipse ana thema a xp̃o ꝓ fratribus meis. qui cognati mei sunt secũdũ carnẽ. Romanoꝝ.ix. Jtẽ galathas .iiii. filioli mei quos iteꝝ parturio.

De consilio bono.

Angeli loth dederũt bonũ consiliũ vt de sodo mis exiret: et generos duceret: post tergũ nõ re= spiceret: sed in monte se abscõderet. qui generos qui filias eius erant accepturi educere voluit: et ipsi noluerunt: et ideo cũ sodomitis pierũt. vxor eius respiciens retro: versa est in statuã salis. ipe loth q̃a nõ statim scd̃m consiliũ angeli in montẽ ascendit cũ ꝓprijs filiabus peccauit. Geñ.ix.
Ruben bonũ cõsiliũ fratribus dedit vt ioseph patri suo redderent: sed illi non acquieuerũt. Ge nesis.xxxvii.
Roboã filius salomonis noluit consilio senuz obedire/ sed consilio iuuenũ: ideo magnã ptem populi amisit. iii. Regũ.xii.
Sanũ consiliũ dedit achior holoferni: qđ ille contẽpsit ꝛ post paulũ occisus iueniť. Judith.v
Consiliũ bonũ placeat tibi/ et pctã tua elemo sinis redime: dixit dñs p daniclẽ ad nabuchodo nosor: qui non acquieuit: in bestiam mutatus est Danie.iiii.

De consilio malo.

Eua dedit viro suo de ligno vetito q̄si ꝯsulēdo vel suadendo q̄ comederet. Genesis. ii.

Balaam docuit balach quomō per mulieres posset filios israhel ad peccatū trahere: ⁊ sic eos contra dn̄m ꝓuocare. Numeri. xxiiii.

Filij amō male cōsuluerūt regi suo: vt dehonestaret nūcios dauid. ii. Regū. x.

Jonadab nepos dauid malū consilium dedit amon vt sororem suam deflorarett. ii. Regū. xiii.

Malum cōsilium dedit achitofel absalon. ii. Regum. xv.

Uxor iob stultū consiliū sibi dedit: sed ipse nō acquieuit. Job. ii.

Sapientes consiliarij pharaonis dederunt ei consilium insipiens. Jsaie. xix.

Iniquū ꝯsiliū dedit herodias filie sue Math. xiiii. et Marci. vi.

Nota in actibus q̄ mala consilia data sūt contra paulū. Actuum. xxiii.

De consolatione.

Postq̄ abrahā ad mandatū dn̄i de terra sua egressus est: ipse oīpotens dn̄s multis reuelationibus ipsū cōsolatus est. Gen̄. xii. xiii. xvii. xviii

Fugiente iacob a facie patris et sup lapidem dormienti: consolationem magnā dn̄s tribuit. Genesis. xxviii.

Apparuit dn̄s moisi exulanti et oues soceri pascenti. Exodi. iii.

Filijs israhel pluit mān̄a in deserto. Exo. xvi

Item carnes et aquā miraculose eis tribuit. Exo. xvii. et Numeri. xi:

Dixit dñs iosue non dimittã nec relinquã te. confortare et esto robustus. Josue. i.

Precepit dñs coruis: vt bis in die panẽ et carnes portarent helie. iii. Regũ. xvii.

Item postea misit ei fugiẽti a facie iesabel angelũ suũ in desertũ. Ibidem. xix.

Efficaciter ꝯsolatus est dñs ezechiã ꝑ ꝓphetã suum/ et per angelũ: qui occidit de exercitu regis assyrioꝝ. iiii. Regũ. xix.

Populũ israhel in ãgustia ꝛ timore existentẽ de holoferne: per manus iudith consolatus est. Judith. viii.

Itẽ consolatus est populus iudaicus ꝑ hester Hester. viii.

Angelus domini descendit cũ azaria et socijs eius in fornacem. Danielis. iii.

Item daniel consolatus est primo per angelũ qui ora leonũ conclusit. postea per abacuc: quem angelus de iudea in caldeã portauit super lacũ vbi erat daniel. Danielis. vi.

Itẽ susannã de morte liberauit. Danielis. xiii.

De consolatione facta machabeis: habeť machabeoꝝ in multis locis.

Paulus. ii. Corintheoꝝ/ p̃rio dixit: sicut abũdant passiones christi in nobis: ita et per christũ abundat consolatio nostra.

Item ibidem. vii. habetur: repletus fuit cõsolatione: quia sup̃abũdat gaudiũ in oĩ tribulatõe mea. ii. Corintheoꝝ. i.

Item benedictus pater domini ꝛc. petrũ dñs de carcere liberauit. Actuũ. xii.

¶Paulo & syla in carcere laudātibus deū: subi to de nocte factus est terremotus/et aperta sunt ostia et vincula vniuersoꝝ. Actuū. xvi.

Dixit dn̄s nocte paulo: cū corinthi predicaret noli timere sed loquere: et ne taccas. ego tecū sū: vt nemo noceat tibi. Actuū. xviii.

Cū paulus esset in custodia lisie claudi. ait ei deus: constans esto paule &c. Actuū. xxiii.

¶De correctione.

Corripere ꝓximū et reprehēdere/opus est mise ricordie. vn̄ abrahā postq̄ iurauerat abymelech statim increpauit eum. Genesis. xx.

Caritatiue compescuit abrahā iurgiū qd̄ erat inter pastores loth. Genesis. xiii.

Loth benigne sodomitas increpauit: sed illi non acquieuerunt. Genesis. xix.

Moises hebreū iniuriantē benigne corripuit: sed ille ꝑ malo habuit. Exodi. ii.

Increpādo ionathas maliciā saul patris sui contra dauid in principio aliq̄ tulit cū tempauit. i. Regum. xix.

Volens abigail virū suum nabal sup duritia sua quā exhibebat seruis dauid corripere: tēpus oportunū expectauit. i. Regum. xxv.

Abner bn̄ arguit asabel q̄ eū nimis vrgendo persequebat: sed ille audire contēpsit. & ideo oc cisus est ab eo. ii. Regum. ii.

Nathā ꝓpheta humiliter et discrete dauid de adulterio et homicidio arguebat. ii. Regū. xii.

Daniel discrete arguit regē balthasar p exem plū patris sui. & ille patienter audiuit: licet ꝯtra

cū esset. et postea danielē mltū honorauit. Da. v

Ueram et pfectā regulā dedit christus corripiendi fratrē dicēs petro: si peccauerit in te frater tuus. Mathei. xviii.

Petrus iudeos disceptantes arguit et ad fidē conuertit. Actuū. ii. et. iii.

Stephanus in consilio iudeorum existens: ipsos confidenter increpauit. Actuum. vi.

Paulus magū intuens q̄ pconsulē a fide nitebatur auertere dixit: O plene oī dolo. Act. xiiii.

Miro discretionis modo paulus arguit romanos et ex gentibus cōuersos: qa supba contētione volebāt se sibiīuicē supponere ostēdens vtrosqꝫ peccasse: et dei misericordia īdigere. Nā i gētiles legis naturalis et iudei legis mosaice fuerunt transgressores. Ro. iiii.

